

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 740

Jisewijn

Roma, 26 maggio 1963

(Arch. Romasca)

Lovanii, 26-V-1963

Carissime Pater!

Lovanio proficiscar die quarta
mensis iunii multo vespere (ad h. 22.00) ita
ut Comum perveniam die quinta circa ho-
ram tertiam decimam seu primam post me-
ridiem. Romam dein iter continuabo sexta die.
Mihi in animo est unum mensem commorari
in urbe aeterna.

Valde gaudeo quod te iterum videre
possum. Mecum portabo exemplar libelli mei de
litteris latinis nostrae aetatis. Quid valeat ipse
videas.

Quae rogasti de rixis intestinis Uni-
versitatis Lovaniensis paucis verbis expedire non
possum. Scito tantum rixas esse sociales, quae
christianis hominibus minime sunt dignae. Sed
plura, si vis, coram.

Vale, optime pater, et valetudinem
cura. Ora, quaeso, Deum ut faustum
mihi praestet iter

Lovanii 26 V 1963

Carissime Pater,

Lovanio proficiscar die quar-
ta mensis iunii multo vespere, ita ut Comum perveniam die quin-
ta circa horam tertiam decimam seu primam post meridiem. Romam
dein iter continuabo sexta die. Mihi in animo est unum mensem
commorari in urbe aeterna.

Valde gaudeo quod te iterum videre possum. Mecum portabo exem-
plar libelli mei de litteris latinis nostrae aetatis. Quid va-
leat ipse videas.

Quae rogasti de rixis intestinis Universitatis Lovaniensis pau-
cis verbis expedire non possum. Scito tantum rixas esse socia-
les, quae christianis hominibus minime sunt dignae. Sed plura
si vis, coram.

Vale, optime Pater, et valetudinem cura. Ora, quaeso, Deum ut
faustum mihi praestet iter.

J. Jisewin



POSTKAART
STER
1-2-3
CARTE POSTALE

Namen _____ Nom _____
en adres van _____ et adresse de _____
de afzender _____ l'expéditeur _____
J. Jisewin _____
Prof. Lepbrunstra. 87 _____
Leuven - Belgio.

Rev. Padre G. B. PIGATO

Collegio Gallicano

Via Gallio 1

CONIO

ITALIA